

15 July 1304, Zaragoza

Andree Petri de Azlor de domo nostra, etc. Significamus uobis quod examinatis in consilio nostro causis et rationibus ex parte Juceff, Mahomat et Çulema, Saracenorum Osce, coram nobis proponitis propter quibus intendebant se excusare a prestacione monetatici nobis dandi ratione franquitas et libertatis olim concesse in favorem Blasii Maça, quodam Juceffo, filio de Çalema de Rege, sabaterio sarraceno, et filiis suis et posteritati sui per illustrissimum dominum regem Jacmem recolende memorie auum nostrum, cum priuilegio suo in cancellariam nostram ostenso et examinato. Qui quisdam Juceffus filius de Çalema predictus dicitur fuisse auus prenominatorum Saracenorum Osce inuentum est et declaratum quod ipsi Jucef, Mahomat et Çulema non possunt aut debent a prestacione monetatici nobis dandi se aliquot excusatio immo monetaticum nobis tenetur soluere ac prestare ut alii Sarraceni Osce uerum cum quare inuenimus prefatos Sarracenos iam soluisse monetaticum proximo preterito nobili Sibile uxore Petri Ferrandi de Podio quibus quod quondam monetaticum ab ipsis petebamus ipsum monetaticum pro hac uice cum eisdem duximus remitiendum. Quare uobis dicimus et mandamus quatenus dictum monetaticum a predictis Jucef, Mahomet et Çulema uel aliquo ex eis pro parte nostra minime exigatis, restituendo ipsis pignora sique per uos eis facta sunt ratione monetatici antedicti. Per hac in remissionem uolumus nobis uel nostris preiudicium generari quin dicti Saraceni et sui [borrado] et omnem decetero monetaticum dare et soluere teneantur. Datum Caesaraugustia, idus julii Anno Domini M^o CCC^o IIII^o.